

Petit. n. recepta consuetudo vt initio
pauca dicam de Authore libri, ma-
xime cum i dubium vocari videam; nō
solum a Rabinis, verū etiam a nostris,
Vtrum David sit Psalmorum archite-
ctus.

Ac de Rabinis facile est vobis scru-
pulū eximere, quare ipsi nobis Psalmos
suspectos reddere voluerint, Cum Chri-
stus ipse ex psalmo dixit dominus, eorū
opinionē de Messiach refutauerit, & A-
postoli tam claris & firmis testimonijs,
ex psalmis, Christi resurrectionē confir-
mauerint, vt ad vnam Petri disputatio-
nem aliquot Iudæorū millia, Christum
esse verum deum sunt confessi.

De Augustini sententiā in prologo
Cōmentariorū huius carminis, quę alle-
rit tātum nouem Psalmos a Dauide fa-
ctos esse, haud scio vtrum pro tanti viri
authoritate, & eruditioē tuenda, dicēdū

A iij sit